

BIBLIOTHECA
CELSI MANCINI
RAVENNATIS
C. R. L.

DE IVRIBVS PRINCIPATVV M.

LIBRI NOVEM.

MVM MVM
AD ILLVSTR. AC REVER. D. D.
CYNTHIVM ALDOBRANDINVM
S.R.E. CARDINALEM AMPLISSIMVM
PATRONVM COLENDISSIONVM.

Cum Indice copioso.

SUPERIORVM FERMIS S V.



ROMAE, Ex Typographia Gulielmi Facciotti.

Ad instantiam Io. Angeli Ruffinelli. M. D. XCVI.

Coll. Socie 'n's v Salm. ex dono Regum.



MO MO NO
ILL. AC REVER. D. D.
CYNTHIO ALDOBRAN.
S. R. E. CARDIN. AMPLISSIMO.
PATRONO COLENDISSL.



Celsus Mancinus Rauennas C. R. L. S.



N mundi scenam exequunt la-
bores nostri, De Iuribus Prin-
cipatum, proprias acturi par-
tes, Illusterrime, ac Reueren-
diss. Cynthi, Cardinalis Am-
plissime. Quos quidem partum
mentis imperfectum, & abortium ingenu
possum appellare. Etenim veluti praecepti im-
memor. Nihil edendum fore, quod non pramatitur
in annum nonum, & tamquam alienum non
perpendatur refrigerato inuentionis amore, vix

* 2 scriben-



A V C T O R I S

S C O P V S.

C A P V T I.

RISCAE illius ætatis, qua Græcia studijs, ac sapientia alias orbis partes antecelluit, gloria, ac nitor Plato, rogatus à Cyreneis, summa rerum prosperitate fruentibus, ut ad moderandam illorum Remp. leges condere velle, libere onus istud recusando, dixit, summum esse laborem, ac nimis grave pondus, illi's statuta promulgare, qui, felici rerum euentu, amica nimis vterentur prosperitate. Habuit pro constanti magnus ille Philosophus, nil minus tractabile, nil minus flexibile, nil ve durius illo viro posse reperiri, cuius voluntas rerum prosperitatis facta fuerit ancilla, quiq. dignitatum splendore, ac opum amore sit peritus. cuius Idolum est rerum felix successus, dubitat semper, anxieq. timet, ne, dum legibus se subjiciat, Principati detrahatur, dignitatemq. imminuat. Verum, qui talia meditatur, in hancq. incidit opinionem, Principis splendorem, gloriamq. caligine quadam obtenebrat, subiectorum bono detrahit, legi aduersatur. Lex, ut Pindarus aiebat, rerum mortalium, ac immortalium est Regina: *Pindarus.* quæ omnia hæc inculpata prudentia moderatur. illa mentes cælestes proprios seruant ordines: cælestia corpora perpetuis circumferuntur motibus, admirabili harmonia laudibus a Pythagoricis celebrata: quattuor prima corpora obtinent propria loca, ad illaq. ferruntur, & mutua pugna miscentur: atque omnia, quæ in hoc sublunari mundo cernimus, siue plantarum, siue brutorum, siue rationalium vitam degant, huic præstant obsequium, famulantur, tributa reddunt. Quod si Princeps, hac neglecta, viuere se posse arbitratur, se ipsum summa afficit iniuria. Qui ceteris dominatur, & populos regit, speculum est lucidissimum, in quod subditi inspicientes viam virtutis alpiciunt, & iter ad immortalitatem addiscunt. Si regula, (vt Plutarchus doctissime scripsit) quæ ipsi adhærent, *Ad Princeps in Doct.*